1520. 25. Aprilis

Ex MS. Arch. Stan: Aug: Reg:

# Sigismundo de Erberstein

## Sigismundus Primus Rex Poloniæ

122

Magnifice sincere nobis dilecte. Non sumus immemores mandare omnibus subditis Nostris, qui aliquas possessiones habent, ut se Domi suæ contineant, et nemo extra Regnum nostrum quopiam exire audeat, et si qui interim exiverint præter voluntatem Nostram, ut rursus ad domos suos redeant sub privatione omnium bonorum suorum, jamque literas super ea re inhibitorias scribi jussimus, quæ brevi una cum aliis edictis Nostris, et decretis conventus præteriti in Omnibus Districtibus et Capitaneatibus Regni nostri publicabuntur et de hoc nihil dubitet tua Sinceritas, nam id quod facere solliciti sumus præstare et exequi constanter, et sine ulla mora curabimus. Bene valeat tua Sinceritas. Datum in Radom ℥ Sancti Marci Anno Domini.